

Quintus Phisicorum

¶ non San. Tho. in. 2. dis. 12. ar. 5. ad. 3. dicit q̄ pri-
ma rerum creatio tempore mensurabatur: quia fieri
ipsius temporis non potest mensurari instanti: quia tēs
pus fit quando est successus San. Tho. in. 2. dis. 1.
q. 1. ar. 6. 4. ubi etiam dicit q̄ tempus non mensura-
tur tempore nisi sicut aliquando una linea per altam
San. Tho. de potentia. q. 3. ar. 17. 12. et opus. 9. ar. 10.
2. loquendo de doctrina petri de tarantasia dicit q̄
rerum creatio non mensurabatur instanti temporis
continui. Alii dicunt q̄ angeli creatio mensuratur in-
stanti temporis discreti capre. in. 2. dicit enim San.
Tho. omnem creationem esse in instanti: ergo non est
in tempore. Item creatio non est motus nec habet
prius et posterius: ergo non mensuratur tempore. S.
Tho. de genti. li. 2. c. 19. dicit q̄ basilus tenet omnia
esse creata in instanti quod est principium temporis.
Sed contra. I. parte. q. 4. 6. ar. 3. ad. 1. dicitur q̄ res
non dicuntur in principio temporis esse create quasi
principium temporis sit mensura creationis: sed q̄
similiter cum tempore celum et terra creata sunt. Ad al-
liud dicitur q̄ una operatio momentanea angelis me-
suratur aliquo indivisiibili vel instanti temporis discre-
ti quod potest coexistere magne parti temporis nos-
tri secundū San. Tho. opus. 36. c. 1. r. 4. Sed queri-
tur an successio operationum in voluntate angelis et in in-
tellectu measuretur eo tempore et eodem instanti po-
test dici q̄ non et sic in eodem erunt plura tempora di-
scrita secundum successionem diversarum operatio-
num alterius generis.

¶ Ad nonum videtur fin cap. et multos q̄ euum sit
esse angelis: quia San. Tho. dicit. I. par. q. 10. ar. 6.
q̄ esse omnium euaternorum mensuratur esse primi
euaterni: ergo esse primi euaterni est euum: sed negat
consequentia: quia omnes motus mensurantur per
primum motum quod tamen non est tempus San.
Tho. opus 36. c. 1. dicit q̄ indivisiabilia que mensurant
ea que sunt in angelis non pertinet ad genus quantitatis
potest ergo dici q̄ ipsum nunc est in predicamento
quādo et similiter euum saltem reductive. Et in hoc
predicamento etiā potest ponī tempus repertum in
angelis quod nec est dies nec est hora unde quidam
dicunt q̄ tempus discretum est oratio.

¶ Ad decimum dicitur q̄ ibi non est causalitas rea-
lis: sed secundum modum intelligendi tempus autē
dicitur esse ab eo non effectu sed exemplariter se-
cundum q̄ perfectiora sunt exemplaria inferiorum.
San. Tho. in. 2. d. 2. q. 5. ar. 2. 2. Sed adhuc contra
predicta instatur. San. Tho. in. 2. d. 2. in exposicio-
ne textus. dicit q̄ esse anglī mensuratur seculo: ergo
non mensuratur eo. Item ibidem. q. 1. ar. 1. 4. dicit
q̄ visio rerum in verbo mensuratur eo: et idem habe-
tur quo. 10. ar. 4. et tamen in. 4. sen. d. 4. 9. q. 1. ar. 2.
q. 3. dicit q̄ non potest mensurari eo: quia excedit
naturalem potentiam. Item habetur opus. 36. c. 4.
ubi dicit q̄ eo nulla actio mensuratur. Et ideo qui-
dem dicunt q̄ actio naturalis angelī non mensuratur
eo: quia potest interrumpi quantum ad exercitium. Sed
de hoc nihil pro nunc determino dicendum q̄ aliquā
do euum capitū generaliter pro eternitate participa-
tū aliquando vero specialiter pro mensura esse na-
turalis anglī et tunc realiter distingunt ab alia eter-
nitate participata.

¶ Explicit quartus phisicorum.

¶ Sequitur quintus phisicorum. Transiunt ad ist.

¶ Circa hunc textum queruntur quinque. Primo an
ad substantiam et relationem sit per se motus. Secun-
do an tantum ad tria predicamenta est per se mo-
tus. Tertio an distincta specie possint continuari.
Quarto an ad unitatem motus requiratur unitas
mobilis et unitas termini ad quem. Quinto an mo-
tus contrariatur motus.



¶ primum sic proceditur. Videtur
q̄ ad substantiam et relationem sit per
se motus: quia 3. phi. dictum est gene-
rationi esse motum cum sit actus
generabilis in quantum generabile. Itē
quando sortes fuit albus tunc per de-
albationē sortes acquirit sibi similitudinem: q̄ ad rela-
tionem est per se motus. Sed contra est phis.

¶ Respondeo dicendum q̄ hic consequenter phi. in-
cipit dividere motū in suas partes subiectivas post
q̄ determinauit de ipso in cōi. Ad dividendum autē
motum in suas species. sciendum q̄ tripliciter conti-
git aliquid moueri primo per accidens et sic music⁹
ambulat vel sanatur. 2. per alterum et gratia partis
et sic corpus sanatur quia ocul⁹ sanatur. 3. per se pri-
mo et sic alterabile alteratur. et eodem modo dicendū
est q̄ tripliciter aliquid mouet. Exemplum triplex
ut music⁹ edificat hō percutit et medicus sanat. Mo-
tus per accidens vel mutatio per accidens non est
dividenda in suas partes subiectivas: quia quod est
per accidens in infinitum variari potest/motus autē
per se debet dividī in suas species: quia non est in oī
bus indifferenter: sed inter contraria quo ad motum
successuum vel inter contradictoria quantum ad gene-
rationem et corruptionem. Sed nonne motus est in
qualitatibus mediis dicendum q̄ medium compas-
ratū ad unū extreū contrariatur alteri propter con-
uenientiam quā habet cū illo extremo.

¶ Motandum preterea q̄ ad motus quinque requiri-
tur sc̄iō mouens mobile tempus et terminus a quo et
terminus ad quem. Illud autem q̄ mouetur distin-
guitur a termino ad quem ut quando lignum muta-
tur de frigido in calidum tunc motus calefactionis
est in ligno tanq̄ in subiecto et non in aliquo termino
rum: quia motus siue mutatio non est in specie hoc ē
in forma sc̄iō quā sit motus: sed est in subiecto qd̄
mouetur forma enim non proprie existit nec sibi con-
uenit esse nisi tanq̄ quo ergo forma non mouetur.
San. Tho. de veri. q. 1. ar. 6. dicit dupliciter aliquid
mutatur: scilicet subiective aliquomodo: quia est illud quo
sit mutatio et sic albedo mutatur.

¶ Motandum preterea ad cognoscendum species
mot⁹ q̄ omnis mutatio sit ex quo in quod⁹ et inter
duos terminos et hoc quadrupliciter: primo de sub-
iecto in subiectum id est de termino affirmato ad ter-
minum affirmatum: secundo de subiecto in non sub-
iectum: tertio de non subiecto in subiectum: quarto de
non subiecto in non subiectum. Et si queratur an ma-
teria dicatur subiectum. Dicendum q̄ nō: quia sicut
dicit San. Tho. lec. 2. per subiectum hic intelligim⁹
aliquid ens actu modo materia prima est ens in pos-
tentia tantum ideo generatio non sit de subiecto in
subiectum. Sed notandum q̄ duplex est generatio
quod est simplex q̄ aliqd̄ simpli gnat: ut qn̄ sortes
sit. Alio est sc̄iō quid et qn̄ sortes sit albus.